



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Lex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

Vide Declaratio, Studium,

LEx ciuilis inclusa in corpore iuris, quod approbatum est per Pontifices deficiente canone, ligat etiam Clericos & Regulares, non solum in fauorabilibus, sed etiam in odiosis: ut patet in lege inducente infamia, &c. Non autem illa quae extra illud corpus est, siue sit localis, siue communis, nisi specialiter a Papa approbetur aut consuetudine mixta Clericorum, Monachorum, & Laicorum vim habeat; vel certe nisi priuilegium contineat: quia Monachi & Clerici sunt verè ciues in fauorabilibus *tom. 1. q. 66. art. 1.*

Clerici & Monachi licet per canones fundatos in iure diuino eximantur a ciiali potestate ratione suæ dignitatis maioris omni laicali; non tamen in quantum sunt ciues, quia sic subesse debent, non praesesse. Itaque tenentur obedire Regi eos vocanti ad negotium alias licitum, atque adeò omnis lex ciuilis concernens bonum commune,

art.

aut cauens damnum communita-
tis, ligat etiam Regulares, non qui-
dem vi legis ciuiliis, sed iuris natu-
ralis. *ibid.*

Numquam autem eos ligat lex
ciuiliis, quandocumque contrauenit
libertati Ecclesiasticae, aut canonici-
bus; in quacumque sit materia, cum
Papæ authoritati magis subsint,
quam Principi sæculari. Imo nec
Monachos adstringit, si priuilegio
sibi concessso contraueniat. *ibid.*

Quod si aliquando Monachi aut
Clerici comprobentur rei legum
ciuilium quibus subduntur, non
possunt trahi ad tribunalia sæcula-
ria, sed puniendi sunt à Iudice Ec-
clesiastico aut Regulari, & hoc non
necessariò secundum dispositionem
legis, sed iuxta arbitrium Iudicis, &
grauitatem materiæ constitutionis
violatae, & scandalum inde exor-
tum. *ibid.*

Plura de hac materia prosequitur
Author in hac & 67. quæst.

L I B R I .

Vide *Imprimere, Hæresis.*

E X Bibliotheca Fratrum Mino-
rum furtim præsumens pro suo

R 5 vñ